



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,  
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice  
Methodum compendiarum reformationis Ecclesiasticæ à Concilio  
Tridentino factæ continente

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1679**

§. 21. Principium 21. Immunis est à censura quisquis liber est à gravi culpa completa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

Immunis est à censura, quisquis liber est à  
gravi culpa completa.

*Sensus.*

Hoc est, quicumque vel venialiter tantum peccat, vel  
actum quidem mortaliter peccaminosum, sed tamen exteriorem  
non completum producit, non censendus est incurrisse poenam  
nam Excommunicationis, Suspensionis, aut Interdictionis.

*Authoritas.*

Desumptum est tum ex mente Suar. Sanch. Henrici, Fili  
liut. Sorii & plurimum aliorum apud & cum Dian. p. 3. tr. 4. r. 1.  
& 1. negantium Censuram incurri ab eo, qui venialiter delin  
taxat peccat; tum ex mente Vasq. Hurt. Valent. Sayri apud  
& cum eodem Dian. p. 5. tr. 9. ref. 48. negantium Censuram  
ob actum purè internum incurri.

*Ratio.*

Quia eum Lex aut Statutum poenam censuræ decernit  
odiosa sit, strictam Interpretationem exigit, atque adeo  
sola gravi culpa exterius completa intelligenda est.

*Praxis.*

Hinc deducitur 1. Eum, qui tantum interius negat  
culum Fidei, non subjacere Poenis & Censuris in Hæresibus  
latis. Ita Ferd. de Castro p. 1. tr. 4. d. 4. pu. 1. n. 1. & alii  
communiter.

Deducitur 2. Illum, qui cogitavit alterum ad duellum  
provocare, imò etiam provocavit, modò non actu & cum  
lemnitate solita duellum committat, non incurere excom  
municationem latam in duellantes à Concilio Tridentino  
Sess. 25. c. 19.

Deducitur 3. Eum, qui vulnerat alium lethalter, non in  
currere censuram, si mors non sequatur, eò quòd actus in  
genere completus non sit; uti Busenbaum l. 7. de Cens. c. 4.  
ex communi Doctorum sentit.